



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Oratio || Ioannis Langij Lembergij, Encomium
theo-||logicæ disputationis, Doctorum, Ioannis || Eckij,
Andreæ Carolostadij, ac Mar-||tini Lutherij co[m]plectens**

Lange, Johann

Lipsiæ, 1519

VD16 L 334

urn:nbn:de:hbz:466:1-32460



positiones de indulgentiis
 Secundo de penitentia
 Resolutiones disputacionum de indulgentiis
 Ein Cerimon von dem Ablass
 Verlegung & Sigeles binden den selbigen Cerimon
 Ein predicat Sardinis mortis
 ala Caluiste p[ro]p[ri]etate con[tra] r[ati]o[n]em
 R[es]p[on]sio Martini ad dialogum Siluestri
 R[es]p[on]sio Siluestri
 Acta Martini Augusti
 Disputatio Etkij & p[ro]p[ri]etate in studio
 Disputatio & r[es]p[on]sio Martini con[tra] r[ati]o[n]em Etkij
 Oratio de p[ro]p[ri]etate
 De r[ati]o[n]e disputatio Oratio de p[ro]p[ri]etate
 R[es]p[on]sio septa ad durand[um] & alia p[ro]p[ri]etate
 R[es]olutio sup[er] p[ro]p[ri]etate de p[ro]p[ri]etate pape
 Alia r[es]olutio de ead[em] p[ro]p[ri]etate
 R[es]olutioes sup[er] p[ro]p[ri]etate
 Oratio Io[han]nis p[ro]p[ri]etate disputatio de p[ro]p[ri]etate
 Disputatio prima Etkij & r[es]p[on]sio de vaba
 ad vaba p[ro]p[ri]etate
 Disputatio secunda con[tra] p[ro]p[ri]etate
 Disputatio tertia Etkij & r[es]p[on]sio
 Epistola philippi Melanchthonis de ead[em] dispu
 tatione Etkij con[tra] r[ati]o[n]em philippi
 Defensio philippi con[tra] r[ati]o[n]em
 Conu[er]satio Guacini & r[ati]o[n]em
 Epistola Empery in Aegreor[um]
 Ad Egrecor[um] Emperam
 De Venatione lutheriana

Solomonis doctoris Wittenbergensis
Johannis toratoris Nulli Wittenbergensis &
Nemini. Lipsiae & alia quaedam
Contra malignum Jo. Eckium Auditorium
Ad Jo. Eckium Epistolam Martini super expungendo Ecumenica
Appellatio Martini Lutheri
Appellatio Praesulen

Liber primus opusculorum Martini Lutheri


Th. 6116.

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Vgl. Harrassowitz, *Lex. Katalog* 328.

Oratio

Ioannis Langij Lembergij, Encomium theo/
 logicæ disputationis, Doctorum, Ioannis
 Eckij, Andreae Carlostadij, ac Mar-
 tini Lutherij cōplectens. Illustriss:
 Principi D. ac D. Georgio Sax
 onia duci &c, dicata & illius
 iussu, cū gratiarū actiōe,
 xvi. Iulij die recitata,
 in frequentissima
 summorum ui
 rorum con
 cione.



p p

IOANNES LANGIVS LEMBERGIVS, CHRISTOPHORO ERIN
gio, Illustris: P, ac ducis Saxoniae Georgii a sacris integerrimo. S.D.
Nō possum, p̄ meae mētis affectu: amicorū integerrime: uerbis cōsequi,
q̄ exosam semper habuerim caninā illā quorūdā n̄ri seculi uitiligatorū
facūdiā, q̄ uix ultra grāmatices elemēta p̄gressi, de re Medica, aut theo-
logica, iudicia temere ferūt: & nūq̄ intellecta, ne dicā uisa, dānant. & si
qua, ob rei grauitatē, assequi nō possunt, ut nulli⁹ frugi studia contem-
nūt. uelut illa Esopi uulpecula, cū piris ob arboris altitudinē potiri nō
posset, amaritudinē culpabat. hi cū tantū instar mulierū, in conuiciis &
scōmatib⁹, facūdia & garrulitate polleāt, calamū & linguā, instar uipera-
rū, in optimos quosq; obuios, indiscriminatim distringūt, famā lace-
rant. nulla alia rōne, q̄ ut popularē aurā & turbā: q̄ maiorū reprehēsiōe
gaudet: sibi cōciliare possint, & se uel aliqd̄ sapere aut audere ostentent.
qua temeritate eloquētiā hoībus inuisam reddūt, quā, Socrates in Gor-
gia, & Cicero in Gracis sediciosis, plus obfuisse q̄ p̄fuisse cōtendūt. hac
eīm laesi, sero ad frugē redeunt, sed in uiciis peruicaces euadūt. At dices,
impune p̄tā ne ferēt⁹ ignoras impunitatē peccādi esse licētiā? Scio equi-
dē in delicta animaduertēdū esse, sed ita, ut primā ad uirtutis officium
blāde eos adhortemur, nō scriptis publice lacerem⁹. & mihi crede, lau-
dati facili⁹, q̄ uituperati respiscūt. Si durā ceruicis, laude flecti nō pote-
rint, uelut Flaccus, sub alieno Tantali noīe, avariciā eorū, & id genus ui-
ciorū alia, detestaberis, & circū p̄cordia ludes. alios probos laudib⁹ in
exēplū efferes. Sic Spartanorū Nomophilaces, quotannis eos laudabāt,
q̄ senatuscōsultis auscultassēt, ut alii effrenes colla legū iugo subiicerēt.
Atheniēses singulis annis funebrib⁹ orōnib⁹, a Platone cōpositis, defun-
ctos in bello ciues laudabāt, ut superstites horū p̄aconio allecti, similit̄
p̄ patria in bello operā nauarēt. Sic ego in hac orōne, malui summos
theologos cōmēdare, & uelut indulgēs pater in uicia aliorū cōniuere, ut
aliud theologorū uulcus, mutata studii & uitae ratiōe, ac adulādi artifi-
cio, illorū uestigia & studia sequatur. quam dicēdi puinciam, me iussu
Illustris: Principis suscepisse, tibi optime cōstat. cui⁹ illustri gratiae, hanc
orationē dicatā, eidē offeres. meq; iā peregre abiturū, munificentissimo
studiorū nostrorū Mœcenati cōmendes, obrestor. Nec ignoro hoc car-
thaceū manuiculū eius celsitudini nō respōdere. Verū, hoc me Plinia-
no diōto solor, Diis lacte rustici multaq; gētes supplicāt, & mola tantū
salsa litāt, qui nō habent thura. Et, Sæpe deis hos inter honores: inquit
Stati⁹: Cespes & exiguo placuerūt farra colono. his paucis uale, Et meo
noīe p̄stātis: theologiae doctorem Perrū Eysenbergk, ac magistrum
Gottfriedum Siboth Saluta. Datum Lipsiae &c.

Oratio Joannis Langii Lem-

bergii, Encomium theologicæ disputationis Doctorū
Ioannis Eckii, Andreae Caroloftadii, ac Martini
Lutherii completēs. Illustriff, principi D, ac
D. Georgio Saxonix duci &c, dicata &
illius iuffu cum gratiarum actiōe
xvi Iulii die recitata, in fre-
quentiffima ſummorū
uitorum concioe.



Non ideo hunc locum cæteris ſubſelliis
editiorem : quem ſuggeſtum uocant: Il-
luſtris: Principes, cæteriꝫ cuiuſcunꝫ or-
dinis uiri proceres, ſtemmate, pietate, &
eruditione inſignes: poſtremo conſcen-
derim, ut poſtq̄ tantis ueritatis aſſertori-
bus in hac diſputationis paleſtra, benignas accōmodaue-
rim aures, tandem uelut arbiter, de tam erudito certamiē
quidpiā ſtatuerē debeam: aut de re tam graui: quæ, ſi non
ſumma ingenia obrueret, ſaltem defatigaret: quicquid p-
nunciare poſſim & ſi poſſem, nec tamen uos pro ingenti
ueſtra prudentia deſyderatiſ, ut tam obiter, de ſumma re
rum ſententia ferretur. Quippe, nec q̄tumuis emunctæ na-
ris iudices, tam arduum onus, facile ſubibunt. Nam: ut Ci-

Cicero li. i.
diuinationū.

tero ait: cum omnis in aſſentiendo & iudicando temeri-
tas & error, turpis ſit: tū in ea re maxime, ubi decerni oportet,
quantū religioni, q̄tum rebus diuinis, tribuatur. Eſt ſane
ingens periculū, ne cum omnia, pro humani intellectus
imbecillitate, noſtris moribus metiamur, quidq̄ religioni
derogetur, aut ſuperſtitionē aniculæ incidamus. Sed
ideo diſcurus ſuggeſtum hunc conſcendi, ut eruditam il-
lam ſummorū ingeniorum concertationem cōmendare,
& huius duces, & generoſos ac candidos quoſq̄, cuiuſcunꝫ
fortis, huius certaminis ſpectatores, gratiarū actione accu-
mularem. Et nec iniuria quidē. Porro, ſi Græci, ſi Romani,
Epicuro animos hominū, a prauo ſuperſtitionū metu, uin-

Pli. ll. xxxv. dicare laboranti, imagines in Bibliothecis dedicauerint, illius effigiem, gemmis, tabulis, poculisq; insculptamin, an-
ca. ii. Cicero nalis gestauerint, in cubicula simulacrum eius collocaue-
li. v. de fini- rint. qui tamen ita superstitiones ueterum exirpauerit, ut
bus. impietatem per athomos seminarit, prouidentiam sacro-
sancti numinis sustulerit. & ne deum suum, aliquibus ope-
rum functionibus oneraret, fortunæ omnia expensa & ac-
cepta referebat. Quanto iustius, hos honore & gratiarum
actione afficiemus, qui ita ab erroribus nos liberare annixi
sunt, ut sacra ueritas effulgeret uinceretur & summi dei: qui
sua prouidentia omnibus consulit: cultus aueretur & ob-
scura prophetarum sensa, ueritatis fulgore illustrarentur.

Suetoni⁹ in
uita eiusdē
& Iuuenalis.

Macro li. i,
& de sō: Pla-
to ī legi. Ti:

Accedit ad hoc, uetus illud C. Caligulae Romani imperato-
ris institutum, quo, in memorabili illo bonarū artium &
græcæ latinæq; facundiæ certamine, apud aram Lugdunen-
sem inito, sanxiuit. ut uicti uictoribus, cum aliquo descrip-
ti certaminis Encomio, gratias agerent. Verum, cū in hoc
disputationis campo, usq; adeo dubio Marte, sed facunda
ueritatis assertrice, ita depugnatū sit, ut cui uictoria cesse-
rit, in plerisq; nō plane constet. Ne institutum a C. Caligula
gratitudinis exemplum, exolesceret, Illustriss: P. meas
Georgius, Saxoniae dux clementiss: ac huius inclytæ acade-
miæ proceres, negocium mihi dederunt, ut uicti partes oc-
cuparem. hoc est, ut ego primum hanc, pro ueritate agnos-
cenda susceptam ingeniorum concertationē, meritis lau-
dibus efferrem. Deinde, ne ulla ingratitude nota nobis
inureretur, ut huius certaminis ducibus & spectatoribus, ui-
ris integerrimis, gratias pro conditione redderem. Non, q̄
ego is sim, qui expedita dicēdi facilitate, & orationis uber-
tate cæteris præstem. sed, q̄ sub meo magistratu: quem ex
acto semestri gesseram: Illustriss: P: auspicio, totius uniuersita-
tis consilio, tantis uiris disputandi copia, uobis uero audi-
endi facultas, in hoc disputationis teatro, facta sit. Vobis
igitur tā beneuole audientibus, dicam. Sed ea utar laudan-
di modestia, ut nihil in gratiā alicuius, aut dixisse, aut te-
mere probasse uidear. Quanto igitur corpus: tenebricosus

ille & squalidus Panimorum carcer, & (ut lato ait) Platonis spelunca: est; humanis mentibus & ingeniis abiectius, tanto uicissim ingeniorum exercitatio: quam disputationem uocamus: corporis exercitio est præstantius. hoc enim, si moderatum fuerit, sanitas corporis conseruatur inculpata, & robur membrorum coalescit. Illa uero, ingenii uigor confirmatur, acies mentis acuitur, ueritas in apricum profertur, & optimarum rerum eruditio comparatur. quæ in humanis rebus: ut Plutarchus ait: sola est immortale & diuinum bonum, homini proprium, quo bestias antecellit. quæ alioqui multis naturæ dotibus, homini præstare uidentur. Nam, leo robore, auditu talpa: quauis sordido naturæ elemento cooperta: odoratu uultures, uisu aquilæ, lince, nos longe superant. At nos, solo sermone, disputationis instrumento, & eruditione ac intellectus acrimonia, eas antecellimus, cuius eos asperissima est, & campus latus, disputationis. Quo minus mirum est: uiri præstantissimi: tantam uestri certaminis expectationem, apud exteros inualuisse, ut illius desiderio, uiri principes, duces, abbates, comites, & scælicis Erfordiani Vuittenbergensisq; gymnasii doctores, magistri, illecti, per infesta uiarum discrimina, in hoc disputationis lyceum, uelut in bonarum artium asyrum, agminatim confluerint. Qui, & si huius disputationis farraginem in utriusq; partis apologiis legissent, uocalem tamen illam summorum ingeniorum disceptationem, plus ponderis habituram, non temere crediderant. Nam: ut Cicero ait: libri spiritu illo carent, propter quem eadem illa quæ aguntur maiora, quæ cum leguntur, uidentur. cui sententiæ perbelle Plinius hisce subscribit uerbis. multo magis: ut uulgo dicitur: uiua uox afficit. Nam, licet acriora sint quæ legas, altius tamen ad Nepo: in animo sedent, quæ pronuntiatio, uultus, habitus, gestus etiam dicentis affigit animo, unde & Eschines ille apud Rhodios, cum Demosthenis per Thesiphonte legisset orationem, Pauli. pli. ut cæteris stupore attonitis, oculisque in terram defixis, atticum supra. Ci. li. illum Demosthenis leporem admiratib9, ait, τι δε ει αυτου iii. de ora & του ακικκοι τε, quod latine sic redditur, quid si ipsam bestiam Pli. vii. ca. iiii a iiii

Plutarchus
de liberis
educandis

Pli. li. x. cap.
lxix. Aristo.
li. liii. de na.
ai. ca. viii

Cicero i ora
tore perfec.

Pli. li. i. ep1a:
Nepo:

Hierony. ad
Pauli. pli. ut

Ci. li.
iii. de ora &

Pli. vii. ca. iiii
a iiii

audissetis? Et Gaditanus ille obscuri nominis Rhetor, quous lacteam Liuiani eloquii fontem domi suae hauriret, ab extremis tamen Gadibus Romam diuertit, ut defecatissimum Liuianae facundiae flumen ex ore Liuii, uelut ex uena leni suo, sed copio solum furro, scaturire & profluere audiret. Sic aduenae huius certaminis spectatores, praeter eruditionem uestram in literas relatae, sese multo plura coram, & spectaturos & audituros confidebant. Nec: ut mea fert sententia: spe frustrati sunt, aut operam in hanc disputationem male collocarunt, in qua ueritas solerti indagine quaesita est: cuius cognitione Christianis, ad aeternam salutem, nihil salubrius & honestius. Ethnicis uero nihil inuenta difficilius: quam Democritus ob id in poenitissimo putei recessu absconditam dixit. Hanc cum Carneades eruere non posset, de illius inuentione desperans, uniuersum humanorum sensuum sustulit iudicium, de qualibet re in utramque partem disseruit, nihilque plane affirmauit. Illius difficultate Socrates pertesus, uociferatus est, hoc scio quod nescio. Vnde & illa uox per pluresque Academicorum factiones errauit, quae supra nos, nihil ad nos. At non in diuinis modo rebus, sed in humana ueritate agnosceda, usque adeo ueteres caecutiuerunt philosophi, ut Anaxagoras, niue esse nigram testaretur. O delirum senem, quem philosophia plane Hyppia caecitior reddidit: quae uenia dignarer, si illius oculi in diuina ueritate ita caligassent, cuius fulgor oculos mentis plane in corpore praestringit. cuius tam sancta est cognitio, ut nemo ethnicorum gratiae Spiritus sancti expertus, uel primis labris illius purum fontem delibare potuerit. Vnde Iosephus ac Theopompus affirmant quosdam prophanos graecorum scriptores hebraicae ueritatis dogmata, graecae orationis flosculis contaminare. et Isocratis Mirothecio delibere ausos, tam diu aduersae mentis ualitudine afflictos, donec incepto destitissent. Quid Theodotum non poenitendum tragaeiarum uatem illum grandiloquum commemoret qui cum e sacris Iudeorum bibliis, historias excerptisset, & fabellis suis insertas, in alienam sententiam

Cicero in
Acad: q.

Cicero li, iii,
de oratore
& in Aca: q.
Lactantius
passim.
Lactantius li.
iii. ca. xxiii.

Iosephus li.
xii, ant ca. ii.
Eusebius li.
viii. ca. i.
alii theode-
otum appellat.

detorsisset, derepente oculis captus, maiorem æui partem
in tenebris transegit. Quis igitur negat ueritatis inuentio-
nem, & esse, & fuisse ethnicis difficillimã, in cuius cognitio-
ne grauissimis sanctorum patrum testimoniis, locupletissi-
mis sacræ scripturæ testibus adductis, & acerrimo iudicio
examinatis, in hac disputatione desudatum esse, nescit ne-
mo? Et me hercle merito. Nam, quid ueritatis cognitione
suauius? nihil. Quid illius scrutinio ingeniosius? nihil. quid
illius intellectu sanctius non dici modo, sed comminisci
potest? nihil, quod ego sciam. quam princeps ille Theolo-
gorum diuus Augustinus, summi creatoris cognitione
asserit. & Plato, Moyses ille Atticus, cum in Philebo, tum
alibi modo diuinam mætem, artibus cœlestis corporis in-
fusam, modo quasi summum bonũ appellat. quod diuus
Augustinus ut significantius, ita et apertius in suis confessi-
onibus fateretur his uerbis. Qui nouit ueritatem, nouit lu-
cem domini, qui nouit eam, nouit æternitatem, charitas
nouit eam. O æterna ueritas, & uera charitas, ac chara æter-
nitas. tu es deus meus. hæc est illa increata ueritas, cuius
archana dogmata, toto ingeniorum acumine sunt in hac
disputatiõe ad Critolai: ut aiunt: libram expensa & quasi-
ta. Quid, obsecro te, aliud fuit hæc ingeniorũ contentio,
q̄ feruens ueritatis studium? quo nihil homini libero, inge-
nuo Christianoq; honestius? su uenire potest? Porro, si mē-
daciū studium, apud Ethnicos adeo uicio uertitur, omniũ
uotis execratur, & non mediocri supplicio luitur, ut apud
Persas Artaxerxes, mendacis militis linguam, tribus fer-
reis clauis exertam tranfixerit. Apud Indos, ciues in men-
dacio deprehensos, sese magistratu abdicare, & inglorios in uita apol-
illaudatam uiram transigere oportuerit. Vicissim, uerita-
tis studium, apud omnes gentes, maximo premio auctũ,
summo honore amplificatum in confesso erit. quo nihil,
ad animarũ salutem præfētius, nihil deo acceptius est. sine
quo, neminẽ fore fœlicem, Plato in suis legibus testatum
reliquit. Vnde Christianus ille Cicero: Hieronymum dico: Hierony. li.
illud Pitagoræ symbolũ summopere admiratur. Post deũ ii. i Ruffinũ

Augusti. in
manuali ca.
xxvi.

Augui. li. vii
cōfess: ca. x.

Philostratus
lo: Thio.

Hierony. li.
ii. i Ruffinũ

Hieronym⁹
cōtra sophi-
stas.

ueritatem cole, quæ sola homines deo pximos facit. Cæ-
terum, hoc præclarum ueritatis scrutinium non fuit so-
phistarum disputatio, ne dicam obiugatio. qui: ut Hiero-
nymus ait, cōtra Luciferianum Iouinianūq; cum disputa-
re nesciunt, litigare nō desinunt. quorum uerba in pugnis,
& syllogismi in calcibus sunt. qui ostētatiōis studio elati,
de lana caprina cum muliebribus conuiciis, mira pertina-
cia, & falsa sciendi persuasione, contendunt. & tam turpi-
ter: ut Plato in Gorgia refert: cū iurgiis & maledictis dis-
cedunt, ut auditores operæ & temporis pœniteat. Sed pla-
ne hæc, de rebus seriis, sobria & modesta fuit disceptatio,
summæ Theologis accōmodatissima. in qua primū acer-
rimo ingeniorum conflictu disceptatū fuit, an liberum ar-
bitrium sua sponte & peculiari actiuitate ad mala p̄cliuē:
id quod in confesso erat: uniuersam boni operis actionem
ab inexhausto gratiarum fonte Iesu Christo, & eius gratia,
solum obtineat. & quo id effectum sortiat, cōsensus aut
naturalis liberi arbitrii actiuitas accedat. de quo gemino
congressu, sacræ scripturæ, & sanctorū patrum copiis, acer-
rime pugnatum fuit. Deinde ingenti omniū expectatione
contenderunt, q̄tum potestatis ius illud diuinum: quod
ex diuina summi legislatoris mēte solū profluxit: summo
pōtifici deferret. qua in re canonibus: cū iuri diuino, uel de
rogare, uel saltem reluctari uiderentur: bellum indictum
fuit. Nec indulgentiis quicq; ultra æquitatem indulserunt.
sed q̄tum delictorum diluerent, & quid expiarent, æqua
lance ponderatum fuit. sed plus forsan ponderis habuif-
sent, si illarum concionator, tam forti animo in hoc dis-
putationis campo stetisset, q̄ languido ob ægritudinē ces-
serat. Porro, quam grauiter de pœnitentia & absolutione
differunt: an Christianus cuiuscunq; sortis sacerdos, a pœ-
na & culpa animos hominū expiare possit, & quis tandem
obex gratiæ actiuitatē in nobis occluderet. Postremo, an
in omni bono opere peccaremus: cū umbram diuinæ iusti-
ciæ uix assequeremur: in grauem & eruditam contentionē
adductum fuit. De his rebus, a quibus salus animarū pēdet,

non Ceratinis & Crocodillinis Sophistarum armis, sed sacra scripturae, & sanctorum patrum testimoniis muniti, utrimque grauius differuerunt. Vbi paulo concicatus decerandum fuit, scuto ueritatis contentio obumbrabatur senymi contra dabaturque, & ramus oliuae paciferae gladio intexebatur, & luciferanum. benigne docenti, benigne cedebatur. Haec est illa Socratica disputandi modestia, qua praeditus Socrates mauult in Gorgia Platonis redargui, quam reprehendere, & scommata subridenti uultu explodere, & naso suspendere adunco, quam cum stomacho quodam regerere. ac superbos adolescentis insultus aequo animo sufferre, quam referre: quod a sinorum esse dixit: Haec enim modestiam, natura nostris praecordiis inleuit, quae: ut Plato in Thimeo refert: alteram animam partem affectibus obnoxiam, & in pectore collocatam: quam ueteres graeci *ψυχης* appellant: ex qua affectus, iurgia, contentiones oriuntur. ideo exiguo ceruicis interuallo ab anima rationali, in capite uelut in arce posita, discreuit, & rationi subiecit: ut contentionis affectus & ira, rationis imperio compesceretur. Verum, quo tandem attinet, irato uultu, furioso animo, pro uictoria, uelut per paris & focis, neglecta ueritate, contenderet cum uincere tantum gloriosum in hac disputatione, uinci uero: id est: ab errore & inscicia liberari, longe sit utilius. Porro, locum huius certaminis, si spectes, nihil eo aptius, cum sit in extremo urbis recessu situs, a populari turba studiis infesta, longe semorus, nihil denique eo ornatus & instructius, quem natura arboribus obumbratum, et auspicio strenui uiri Caesarei Pflugk, tot subsellis, tot auleis picturae & imaginum ueritate conspicuis, Phrigionum arte admirandis adornatum uidetis, ut magnificentissimis M. Scauri & Marcelli Romanorum aedilium theatri, si non amplitudine, ornatum tamen conferre poteris. Caterum, cum unumquodque certamen, a ducum solertia, fortitudine, & magnanimitate spectetur, quid uetat hic & huius concertationis ducum ingenia & uirtutes commemorare? Quid tandem per deum immortalem, Eckio defuit, quod ad acerrimum ueritatis assertorem attit-

B

Verba Hiero

Plutarchus
de liberis
educandis

Plato in thimo
meo ultra
medium.

Cicero i. aca.
q. i. de fori-
tis Perſius in
ſine operis.

Cice. li. i. de.
ora. & Fabi⁹
Cicero i. bru
to & in ora:
Pli. li. i. ep. la.
Fabi⁹ li. xii.
de Trachal-
lo
Pli. li. vii. ca.
xxiii. Fabi⁹
li. xi.

neret^r q̄ argute de obiectis diſſeruit^r q̄ docte plarq; confu-
tauit^r q̄ perite confutata, ſuis rationibus rurlum fulciuit, &
quaſi nodis connexuit. Credas eum Carneadis exemplo,
cuneta & refellere, & probare poſſe tantam ſane argumen-
torum ſyluam obiter effudit, ut Chryſippum ocuſ ingens
ille ſoritarum aceraus, q̄ Eckium argumentorum co-
pia deficeret. Tempus non ſufficeret, ſi per ſingulos atatis
gradus, ordinem eius ſtudii cōmemorare uellem. qui uix
ephebis exceſſerat, cum omnia bibliorū uolumina: preter
pphetas: legiſſet, Adoleſcētiā ita ſub optio quoq; pceptore
in utroq; iure, & uera theologia contriuerat, ut tandē in iu-
uentute, ingenti pceptorū applauſu, theologia, & decre-
torum doctor designaretur. Si naturales ſacundia dotes
in eo ſpectes, quæcūq; L. Crallus in oratore deſyderat, hæc
natura ei ſuppeditauit, acumen ſcilicet dialeſticorū, ſenten-
tias philoſophorū, uerba prope poetarū, memoriā iur-
riſconſultorū, uocem tragædorum. cuius ſonoritate eius
uerba noſtris auribus ita increbuerunt, ut Periclem torren-
ti orationis flumine tonitrua concitare putes, & Trachallū
oratore, quatuor cauſarum patronos, inter quatuor ſori
ſubſellia uocis grauitate obruere arbitreris, quæ uox tantū,
q̄ tuſcunq; fuit, oratorē reddidit. At memoria q̄tum polle-
at, uel ex hoc conlicere poteſtis, q̄ numerosam obiectorū
congeriem mira celeritate ad uerbum pene reddiderit. Cy-
neas Pirrho legatus laudatur, q̄ Romāi ſenatus proceres ſe-
mel uiſos Pirrho nominatim recēſuerit. Scauola, q̄ i duo-
decim ſcruporū ludo recordareſ, quo ordine q̄ſq; calculos
per tot ambages p̄mouiſſet, ſummopere p̄médatur. at q̄ro
uerborū, q̄ rerū memoria eſt difficilior, tanto Eckius illis
memoria theſauro eſt locupletior. hinc hanc peculiarem
: doctiſſime Ecki: laudem apud Bononiēſes obtines,
q̄ aduerſarius tuus, nulla argumētornm copia, ſœlicem
tuam memoriā obruere potuerit, q̄uis id ex composito co-
naretur. Sed quis tam temerarii laudatoris officio ſeſe cō-
taminabit, ut Ioannē Eckium, præſtantiſſimo utriuſq; iur-
is & theologia doctori, Andreæ Caroloſtadio antepone-

re, aut hunc præferre illi audeat, priusq̄ singula, quæ ad hoc
accineat, adamussim perspexerit. Adeo plura memoratu
digna in hoc certamine Carolo stadium præstitit. qui, quo
rarius argumetorū tela spargit, tãto certius ad scopū colli-
mat. Cuius sermo, ut est perspicu⁹, & suis salibus conditus,
& prudēti Nestoris grauitate temperatus, ita ab omni fūco &
schematū affectatione: qua nihil est odiosius: abhorret. si
uarietatem doctrinæ in eo cōtemplabere, miraberis, quod
ætas illi ad hæc discenda suffecerit, utraq; iurisprudentia
clarus, utriusq; theologiæ cōsultissimus. adeo, ut in dubiã
contentionē uoces, cui plus operæ nauauerit. In quo & il-
lud admiratiōe dignū, quod mediis sacre scripturæ locis
cū primis & ultimis acri iudicio collatis, ambigua scriptu-
rarum loca, sibiipsis concinere effecit. Sed quo piaculo te,
Martine, uirum integerrimum præterierim? et qua hono-
ris præfatione tuam doctrinã, ingenii acumen: quo plus
sapere q̄ dicere uideris: tuam deniq; in exploranda ueritate
constantiam commendem? qui tot male feriatorum ho-
minū pcellis exagitatus, nulli, nisi meliora dicenti, cedere
uoluisti. Mira & ingenua est tui sermonis libertas, quæ ueri-
tati per se quadrat, hæc cū nuda pingitur, nullis inuolu-
eris uult obumbrari. Ob id Ethnici sacris Saturni tempo-
rum dei capite discooperto operabatur, quod ueritas tem-
poris: ut Sophocles ait: filia nullo uel à micælarum uelit. sed
ut Menæder ait, ἐρχεται τὰ ἀλθεῖς εἰς φῶσ ἐν ἰοτῆ οὐ ζῆτ-
τοῦ μὲνον, uenit ueritas in lucē, uel non qua sita. hæc tuæ ui-
tæ integritatem nobis communi rumore prodidit, qua &
doctrina, & uiuendi ratione Augustinianū agis. Verum: ui-
ri præstantissimi: cum ego tantorum uirorū ingenia uirtu-
tes, mea oratiōe, p dignitate tractare nō possim, liceat mi-
hi Thimæthum pictorē imitari, qui cruentā Iphigeniæ im-
molationem depicturus, cum tristem Calchætem Troiani
belli uatem, mæstiozem Vlissem, mœrentem Menelaum,
depinxisset, caput Agamēnonis uelo obduxit, quod sum-
mū illū patris luctū, penicillo imitari nō posset, sic cū ego
uirtutū laudē, mea oratiōe assequi nō possim, nec sin-

Plutarchus
in pble.

Cicero i ora-
tore perfec-
to. & Plini⁹
hoc.

gula referre mihi sit integrum, reliqua silentio inuoluam & candidis auditoribus cogitatione tacita iudicanda & imitata, relinquo. Prima suscepti laboris parte, quouis modo peracta, iam nihil reliquum esse uideo, q̄ ut pro ingenti uestra beneuolentia, ex Illustriss: Principis nostri D:ac D: Georgii, Saxonie ducis, ac huius inelyti gymnasii maiorum instituto, Illustribus, generosis, ac eruditis huius certaminis spectatoribus, gratias agam. Mirum est, q̄ hoc illustrissimum Principem institutu deceat. qui, ut est omnium beneficioru uel maxime memor, ita reliquos principes esse oportet. Ob id ueteres ciconie effigiem sceptris regum ac ducum insculperunt. ut illius symbolo, principes, & pietatis, & gratitudinis cultores testarentur. Ciconia sane parentes suos senio confetos, uiribus effetos, fouent, succollant, & gratam educationis uicem illis rependant, unde & graeci ἀπο τοῦ πελαργου, id est, a ciconia remunerationem antipelargosin appellant. Proinde, non temere Democritus bestias specula naturae dixit, quas natura in exemplum gratitudinis nobis ante oculos statuisse. An non, quaso te, leo in le caprius, Androdam seruum fugitiuum: qui spinam e pedibus leonis euulserat, & saniam uulnere conceptam, digitis leniter admotis, expresserat, uulnusq; siccauerat, totum triennium in specu suo reconditu, feraru uenatione aluerat: huc tandem e latebra discedetem, romani ceperunt, quem ad feras damnatum, leo in Romano theatro grata beneuolentia agnouit, & quasi uita donauit. Sic Mediastidius, Leone & quauis bestia immaniores effemus, si nos uestra eruditione instructi, uestra contentione oblectati, nullas uobis ageremus gratias. Sed unde auspiciat, q̄ a deo optimo atq; maximo exordiat: cui in disputationis initio Brachmanni, Pythagorei, Academici, oratione supplicabant. in cae uero ipsius numen gratiarum actione litabant. Proinde, ne Ethnicis in cultu pietatis inferiores habeamur, gratias agimus cunctipotenti deo, huius mundi architecto prudentissimo, qui expansis in ara crucis manibus, uelut Moyses, pro nobis contra Amalech pu-

Pli. li. x.

**Gellii ex ap-
pione hoc:**

**Plato Philo-
stratus & pi-
cus li. de stu-
h:phia hac
tradant.
Exodi c, xvii**

gnauit, & e seruitute diaboli, in libertatem asseruit. huius
omnium maximo uictori, huius disputationis triumphus
cedat, laus, gloria, & honor. Sed qua gratiarum actione
& quo meae dictionis decore accumularem amplificemq; il-
lustrissimū. P: D. ac D. Georgium Saxoniae ducem, Marchi-
onem Misniae, Praesidem prouinciae Thuringiae, clementissi-
mū ac munificentissimū huius Academiae Mœcenatem ac
illusterrimum eius filium, generosum paterna nobilitatis
specimen, D. ac D. Ioannem, Saxoniae ducem, & c. seculorū
memoria dignū. Et magnificum uirum Arnoldū: uostē
feldensem, augustissimae academiae Lipsensis principem
cordatissimū. Ac alios duos illustres Principes, a tate qui-
dem adolescentes, praecocis ingenii prudentia senes, digni-
tate heroes, D. ac D. Bernimū Stetinensem, Pomeranorum,
Cassubiorum, Sclauorumq; ducem, & Rugiae principem
clementissimū. Nec non D. ac D. Georgiū Anhalti prin-
cipem, Ascaniae Comitem, & Bernaburgiae dominū piissi-
mum: quorum frequens ille confessus, haud obscure signi-
ficat, quāto bonarum artium amore ducantur: quo solo:
ut caetera taceam: non gratiam modo, sed honorem me-
rentur amplissimū. si quidē: ut Plinius refert: innū. ri olim
reges, bonarū artium honore colebantur, & in ostentatiōe
illas facultatibus praeferebant, opem & immortalitatē per
illas sibi progari arbitantes. & ut quisq; literatus est prin-
ceps, ita optime imperauit. Olim a Romano senatu in lau-
dem Taciti imperatoris, concordī suffragio acclamatum
fuit, quis melius q̄ princeps literatus imperat. Sic quoq; cū
bona tantorum principum uenia, exclamare cum gratia-
rum actione libet, O foelicem Saxoniae, Pomeraniae, Anhal-
diq; populū, cui tanti bonarum artium alumni, immo &
Mœcenates imperant. Deinde iure optimo gratias q̄ am-
plissimas agimus, Reuerendis in Christo patribus, Domi-
nis gratiosis, Abbati Portensi, & Pegauensi, ac Posenaniēsi,
qui celeberrimo eorum assensu, hūc disputationis actum il-
lustrarunt, & praesenti fauore adiuuerunt. At iure quis me
ingratitude postularer, si non beniuolū uestrum meūq;

Pli. in prooe
n. 10. li. xiiii.

Plato li. iiii.
de legibus.

animū declarare, strenuo ac nobili uiro Cæsareo Phluge equiti aurato magnanimo ac excellentissimo utriusq; iuris doctore Ioanni Kuchel, Illustriss: P: a secretis fidelissimo facundissimoq; nec non strenuo ac nobili uiro Georgio de Vuidebach, quibus uel ob hoc gratias ingētes debem⁹, quod cum illustri: Principis absentis uicem gererēt, hāc disputationis aciem optimo ordine instruxerunt, & contentiones forte fortuna inter disputatores abortas, tā prudenti festiuoq; consilio diremerūt, ut facile inter partes cōueniret. Plato in quarto suarum legum dialogo, remp: beatam fœlicemq; fore asserit, si uiri Nestori Troiano oratori similes, habenas reipublicæ administrauerint. Verū cum praefati uiri, uitæ temperantia, senili ætatis prudentia, & eloquii grauitate, Nestorem referant, quid ni remp. nostrā fœlicem fore prædicem, si illorum consiliis diutius gubernaretur? Nec minus iuste, ingratitude uicio quisq; nos in cesseret, si nulla gratiarū actione beneuolū nostrum animū erga hospites & aduenas testaremur. p: inde gratias q̄ possum maximas agimus & habemus, præstantissimis fœlicis Erfordiani studii, ac Vuittenburgensis gymnasii doctoribus, magistris ac Scholasticis, ceterisq; oib⁹ infimi & supremi subsellii hominibus, quicunq; hospitū noīe censentur, qui bonarum artium, & ueritatis desyderio illecti, per infesta uiarum pericula, nostrū adierunt gymnasium. quorū aduentus ut nobis fuit longe acceptissimus, ita illis gratias agimus q̄ maximas. Tandem, haud mediocres gratias debemus prudentissimo senatui Lipsensi, qui hospites nros, immo & suos, liberali beneuolentia affecit, & tumultus tot armatis uiris nobis assistentib⁹ coercuit. effeceritq; ut uos inermes disputatores secure contenderetis, & ego uelut in Miloniano iudicio armatis stipatus, uerba tuto facerem. Sed euge iucundus uester aspectus, & fœlix huius certaminis euentus, exigit ut gratiarū actionē, applausus & congratulatio excipiat. Quis enim usq; adeo est amusus, qui tam erudito certamine, & summorū ingeniorum cōslictu, non in intimis præcordiis ita oblectetur, ut i risum effusissimū

soluatur? Quis usq; adeo est animi fastu ferox & ferreus, ut non tantorum disputatorum modestia demulceatur, qua suis affectibus pro uiribus temperarunt? Quis tandem alienae foelicitati adeo inuidet, ut non in tantis uiris ingenii acumen, memoriae tenacitatem, non uulgarem in sacris literis eruditionem, & uitae integritate, lato uultu exosculentur? Quare agite Musici, ob haec omnia, tantis uiris congratulamini, plaudite, & iubilare. Et perinde ac in honorem sancti spiritus congressui cecinistis, ita rursus in laudem dei, receptui canite, & deum collaudate:

Dixi.

Errata sic emendato.

In.A.

In epist. uer. xxviii. le. primum, non primam
Fo. ii. uer. x. le. quicq; non quicquid
In tergo eiusdem uer. i. le. dedicauerint,
Ibidem uer. ii. in sculpram, in annulis
Ibidem uer. xix. le. assertione, non assertrice
Ibidem uer. xxvii. le. ut huius.
Fo. iii. uer. i. le. squalidus animorum carcer, & (ut Plato ait)
Ibidem uer. iiii. le. praestantior, non praestantius.
Ibidem uer. ultimo le. $\theta\eta\rho\rho\iota\upsilon\upsilon$,
In dorso eiusdem uer. v. le. copioso.
Fo. iiii. uer. xxiii. le. usu

In.B,

Fo. i. uer. xxviii. le. uarietate
Ibidem ad margi. le. Luciferianum,
Fo. ii. uer. xiiii. le. Ciconia, non Ciconia
Ibidem uer. xiiii. le. confectos.
Reliqua pro ingenii tui captu emenda & intellige.

Lipsiae, apud Melchiorum Lottherum,
Anno, a natali Christiano. M. CCCC.
XIX. VI. Calen. Augusti.

27. Juli

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Handwritten mark or signature in the center of the page.

Faint, illegible text in the middle section of the page.


Large block of faint, illegible text in the lower middle section of the page.

Faint, illegible text in the lower section of the page.

Faint, illegible text at the bottom of the page.

,abu
imus,
dden
li, om
& ad
nostra
er cele
o die
o pre
vi, ve
ter &
ialiter
riller
no tā
aliter
adire
e nro
sq; cū
Deca
enter
tudi
Acta
& die
Ma
eccle
testi
ubert
dicte

Do
leurs







Th
6116